Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



252

aut. Ave rabbi. Et osculatus est eum. Dixitq; illi ihsus. Amice. Ad quid venisti? Tunc accesserunt et manus miserunt in ihsum: et tenuerunt eum. Et ecce unus ex his qui erant cum ihsu extendens manum exemit gladium suum: et percutiens servum principis sacerdotis amputauit auriculam eius. Tunc ait illi ihsus. Converte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium: gladio peribunt. An putas quia non possum rogare patrem meum: et exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo impleberint scripture? Quia sic oportet fieri. In illa hora dixit ihsus turbis. Tamquam ad latronem existis cum gladiis et fustibus comprehendere me. Quotidie apud vos sedebam in templo docens et non me tenuistis. Hoc autem totum factum est: ut adimplerentur scripture prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. At illi tenentes ihsum duxerunt ad caypham principem sacerdotum: ubi scribe et seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum a longe